



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Quid Interest Inter Doctrinam Ecclesiæ Dei, & alias sectas?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

E X A M E N E O R V M
Q V I A V D I V N T V R A N T E R I T V M
 P V B L I C A E O R D I N A T I O N I S , Q V A C O M M I S
 datur eis ministerium Euangelij.

Q V I D N A M D O C E B I S ?

D o c e b o Euangelium Domini nostri Iesu Christi.

Q v i d i n t e r e s t i n t e r d o c t r i n a m Ecclesiae Dei, & alias sectas?

OMNES alia secta extra veram Ecclesiam, ut Echnici, blasphemati, Iudei, Mahomerista, & alii, tantum docent particulam legis quibusdam externis & ciuilibus officijs, & addunt cultus idolorum, alia alios. Prorsus autem ignorant filium Dei & Euangelium id est, promissionem de gratuita remissione peccatorum, & de reconciliacione, & de hereditate vita æternæ, donandæ per fidem in filium mediatores. At in Ecclesia retinetur integra & incorrupta legis & Euangelij doctrina, & noticia filij Dei, crucifixi pro nobis & resuscitati. Sola autem illa congregatio, in qua agnoscitur filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, crucifixus pro nobis & resuscitatus, est Ecclesia, in qua sunt multi vere placentes Deo, & recte invocantes eum & electi ad vitam æternam, iuxta hæc dicta, Iohan. 5. Qui non honorat filium, non honorat Patrem, qui misit eum. 1. Corinth. 3. Fundamentum aliud ponit non potest, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Iohan. 3. Qui non credit, iam indicatus est. Item: Qui credit in filium, habet vitam æternam. Qui non credit filio, non vobebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Iohan. 14. Nemo venient Patrem, nisi per filium. Item: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Patre meus diligit eum, & ad eum venient, & misericordiam apud eum faciemus. Hæc sciri necesse est, contra Thammerum, Latomum Louaniensem, & similes, qui infinitam confusionem faciunt, & fingunt Ecclesiae membra ubique esse, Ethnicos & alios, quoniam mores sunt honesti.

D E D E O .

Q V I D E S T D E V S ?

DEVS est essentia spiritualis, intelligens, æterna, alia à creaturis omnibus, verax, bona, iusta, casta, misericors, benefica, libertima, immensa sapientia & potentia, irascentis peccatis, Pater æternus, qui filium imaginem suam ab æterno genuit, & filius, imago Patris contempsit.